UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas, Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

16. De viso vxoris Pilati. Matt. 27.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70978

Visual Library

cum Pilato ſe inuoluat. Cum enim nullo modo expectaſſet Barrabam anteponendum Chriſto, totus turbatus fuit, neſciens quid ageret, ſic vt tandem petat conſilium à turbulento populo quid facere debeat cum Ieſu. Quid enim abſurdius, quam iudicem ſequi ſententiam accuſatoris, & furioſo gladium præbere? 2. Conſidera, Euangeliſtas ideo tam diligenter narrare, quod Pilatus variis viis conatus ſit liberare Chriſtum, tum vt conſtaret, quam iniquè damnatus eſſet, quem prophanus iudex ſola æquitate motus toties dimittere tentauit, tum vt ex ratione damnationis importunè per vim exortæ, appareret Chriſtum non tam ab hominibus, quam à Deo Patre ad crucem tractum fuiſſe.

MEDITATIO XVI.

De viſo vxoris Pilati Matth. 27.

SEDENTE *Pilato pro tribunali, miſit ad eum Vxor eius dicens.* Conſidera, valde opportune nuncium illum ab vxore miſſum nempe cum iam ad ferendam ſententiam maritus paratus eſſet, vt res non caſu ſed diuino conſilio facta videretur. 2. Cōſidera Deum ita voluiſſe cōdemnari Chriſtum,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtum, vt cum in toto populo nullum p
tronum, nullum inter ſcribas & ſenio
aduocatum inueniret pro ſe, omnibus
men modis & omnis generis perſonar
ſententiis, virorum & mulierũ, eius in
centia teſtata redderetur. Ac diſcas D
nunquam permittere piorum famam
opprimi ab impiis, quin ſemper emine
aliqui, qui eorum innocentiam tue
tur

2. *Iuſſit vxor Pilato dici. Nihil tibi &*
illi, id eſt, ne te eius negotio immiſce
nec eum condemnes. Conſidera De
humanitatem Pilati, qua conabatur
pere Chriſtum è manib. Iudæorum vol
ſe remunerari ſpeciali gratia, vt ne
mitteret angelum noctu ad vxorem, d
de, vt vxor nuntium mitteret per me
turbas, qui moneret eum contra quen
geretur, eſſe iuſtum hominem, imo Ch
ſtum, & deterreret à condemnatione,
quia non paruit, inexcuſabilis fuit. Ta
mali cauſa eſt metus offendendi Cæſar
2. Conſidera, ſicut prima mulier à peru
ſo angelo inducta fuit, vt cauſam da
lapſus Adami, & perditionis generis h
mani. Ita Deum per bonum angelum m
mouiſſe mulierem vt abduceret virum

à gra-

à grauiſſimo lapſu perdendi autorem generis humani. Vnde & putatur credidiſſe ac ſaluata. Orig. & Chry-ſoſt. 3.

Multa enim paſſus ſum hodie per viſum propter eum id eſt, multa ſomniaui, quæ me ſolicitam, anxiamque reddiderunt. Conſidera multos Patres arbitrari terrores hos mulieri per quietem iniectos à dæmone, vt impediret Chriſti paſſionẽ. Aduerterat enim Chriſtum eſſe Meſſiam, tum ex reſponſis Pilato datis, tum quia Patres in limbo exultabant de vicina liberatione; & ideo metuebat ſuas vires minuendas. Vnde colligis, quanta fuerit malitia hominum, vnc dœmon quidem eos auſus fuerit à cœpto reuocare, ſed opem à muliere quæſierit. Alii tamen malunt à bono angelo factum. S. Ign. Cypr. Bern.

MEDITATIO XVII.

De flagellatione Chriſti. Matth. 27. Mar. 15. Ioan. 19.

CVm tertio Pilatus proteſtaretur nullam ſe cauſam mortis inuenire, & Iudæi clamarent crucifigendum Ieſum, apprehendit eum, & congregata tota cohorte flagellauit Cõſidera hactenus ſponſum animæ tuæ, vt

reſibi